Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



193.

fatue. Tu. Rm. Propter veritatem et
mansuetudinem et iustitiam. Et deducet te mi
rabiliter dextera tua. V. Dilexisti iustitiam
et odisti iniquitatem propterea unxit te deus deus
tuus. Et de. Lectio quinta. Quare ergo appel
late sunt quinque et quare virgines prius
videamus et deinde cetera consideremus. Dis
cretio in corpore constituta ideo quinario nu
merus est. quia quinque sensibus utitur. Nihil enim
quod sentimus ex corpore. nisi iamque quinque p
tita. a videndo a audiendo a olfaciendo
a gustando a tangendo. Tu. Rm. Di
lexisti iustitiam et odisti iniquitatem. Propterea un
xit te deus deus tuus oleo letitie. V. Spe tua et
pl[ur]ime intende prospere procede et regna. Prima. Lectio vi.
Qui ergo se abstinet ab illicito visu ab
illicito auditu. ab illicito olfactu. ab illi
cito gustu ab illicito tactu. prout ipsam inte
gritatem virginis nomen accepit. Ubi si bo
num est abstinere ab illicitis sentiendi motibus.
et ideo unaquaque anima christiana virginis nomen
accepit: quia quinque admittunt quinque autem
repellunt. Tu. Rm. Veni electa mea
et ponam in te thronum meum. Quia concupiuit